



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] effectus huius sacramenti sit adeptio glori[a]e? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

Ad tertium dicendū , quod quia sacramenta operantur salutem , quam significant ; ideo secundum quamdam assimilationem dicitur , quod in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis , & sanguis pro salute animæ , quanvis utrumque ad salutem utriusque operetur , cum sub utroque toto sit Christus : ut supra dictum est † . Et licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ ; ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus , dum in presenti membra nostra exhibemus arma iustitiae Deo (ut habeatur Roman. 6.) & in futuro corpus nostrum fortietur incorruptionem & gloriam animæ .

ARTIC. III.

Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriae ?

AD secundum sic proceditur . Videtur , quod effectus huius sacramenti non sit adeptio gloriae . Effectus enim proportionatur sua causa . Sed hoc sacramentum competit viatoribus : unde & viaticum dicitur . Cum igitur viatores nondum sint capaces gloriae , videatur quod hoc sacramentum non causet adeptionem gloriae .

¶ 2 Præterea , Posita causa sufficienti ponitur effectus . Sed multi accipiunt hoc sacramentum , qui numquam peruenient ad gloriam ; ut patet per Aug. † 21. de ciui. Dci . Non ergo hoc sacramentum est causa adeptionis gloriae .

¶ 3 Præterea , Matis non efficitur à minori ; quia nihil agit ultra suam speciem . Sed minus est accipere Christum sub specie aliena , quod sit in hoc sacramento ; quam frui eo in specie propria , quod pertinet ad gloriam . Ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriae .

S E D contra est , quod dicitur Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane , vivet in æternum . Sed vita æterna est vita gloriae . Ergo effectus huius sacramenti est adeptio gloriae .

RESPONDEO dicendum , quod in hoc sacramento

Z 3 potest

9.76. ar.
1. C. 2.

471
infr. qu.
80. ar. 2.
ad 1. 87
Ioan. 6.

lib. 21. c.
25. in fi.
10. 5.

358 QVÆ ST. LXXIX. ART. II.

poteſt conſiderari , & id ex quo habet effectum, ſcili-
cet ipſe Christus contentus, & paſſio eius repræſen-
ta; & id per quod habet effectum , ſcilicet uſus fa-
cramenti, & ſpecies eius. Et quantum ad utrumque
competit huic sacramento, quod cauſet adēptionem
vitæ æternæ. Nam ipſe Christus per ſuam paſſionem
aperuit nobis adiutum vitæ æternæ : ſecundum illud
Hebr. 9. Noui testamenti mediator est , vt morte in-
tercedente , qui vocati ſunt , accipiant reprobationem
æternæ hæreditatis . Vnde & in forma huius fa-
cramenti dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei noui &
æterni testamenti . Similiter etiam refectio cibi ſpi-
ritualis, & uitas ſignificata per ſpecies panis, & vini,
habentur quidem in praſenti, ſed imperfeſte: perfe-
cte autem in ſtatu gloriae. Vnde Aug. † dicit ſuper il-
lud 10. 6 Caro mea vere eſt cibus, Cum cibo & po-
tu id appetant homines , vt non eſuriant , neque fi-
tiant: hoc veraciter non praefat, niſi iſte cibus & po-
tus, qui eos, à quibus ſumitur, immortales & incor-
ruptibiles facit in ſocietate sanctorum, vbi pax erit,
& uitas plena arque perfecta.

tract. 26.
in Euān.
non multū remo-
tē a fine ,
80.9.

Ad primum ergo dicendum, quod ſicut paſſio Chri-
ſti, in cuius virtute hoc sacramentum operatur, eſt
quidem cauſa ſufficiens gloriae, non tamen ita, quod
ſtatiſ per ipsam introducamur in gloriam; ſed oportet,
vt prius ſimul compatiamur, ut poſtea ſimul glo-
rificemur: (ſicut dicitur Ro. 8.) ita hoc sacramentum
non ſtatiſ nos in gloriam introduceat, ſed dat nobis
virtutem perueniendi ad gloriam: & ideo viaticum
dicitur. In cuius figuram legitur, 3. Reg. 19. quod
Elias comedit & bibit , & ambulauit in fortitudine
cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noſti-
bus, uſque ad montem Dei Oreb.

tract. 26.
parum à
me. 10. 9.

Ad ſecundum dicendum, quod ſicut paſſio Chri-
ſti & gl. or. Si non habet ſuum effectum in hiſ, qui ſe ad eam nō
ſup. illud habent ut debent: ita & per hoc sacramentum nos
1. Cor. II. adipiſcuntur gloriae, qui indecenter iſum uſcipiunt.
Probet. Vnde Aug. † dicit ſuper Io. exponens illa verba, Aliud
eſt

est sacramentum, & aliud virtus sacramenti. Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo celestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Vnde non est mirum, si illi qui innocentiam non seruant, effectum hujus sacramenti non consequuntur.

Ad te tunc dicendum, quod hoc q̄ Christus sub aliena specie sumitur, pertinet ad rationem sacramenti, quod instrumentaliter agit. Nihil autem prohibetur, causam instrumentalem producere potiorem effectum: ut ex supra dictis patet. q.77. a.3
ad 3. ar-
gum.

ARTIC. III.

Vtrum effectus huius sacramenti sit permisso peccati mortalis?

Ad tertium sic procedi ur. Videtur, quod effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. 472
Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc sacramen- 4.d.9. a.
tum ablutio scelerum. Sed scelerū dicuntur peccata 3.qu.2.c.
mortalia. Ergo per hoc sacramentum peccata mor- fin. C. d.
talia abluitur, 12. qu.2.

¶ 2 Præterea, Hec sacramentum agit in virtute passionis Christi, sicut & baptismus. Sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia: ut supra dictum est. Ergo & per hoc sacramentum, præsertim cum in forma huius sacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. q.69. a.1

¶ 3 Præterea. Per hoc sacramentū gratia conferatur: ut dictum est. Sed per grātiā iustificatur homo à peccatis mortali bus: secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo per hoc sacramentum remittuntur peccata mortalia. ar. 1. hz-
ius quas-

SED contra est. quod dicitur t. Cor. 11. Qui man-
ducat & babit indignè, iudicium sibi māducat & babit.
Dicit autē glos. ibidē, q̄ ille manducat, & babit indi-
gnè, qui in crimen est, vel irreuerenter tractat & ta-
lis māducat & babit sibi iudicium, id est, damnationē.
Ergo ille, qui est in peccato mortali, per hoc quod glo. inter-
liu. ibid.
accipit hoc sacramentū, magis accumulat sibi pecca-
tum,

Z 4 tum,